Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Rector Et Concilivm Academiae Rostochiensis, Civibvs Svis Stvdiosis, S. : P. P. Svb Sigillo Rectoratvs D. 18 Sept. Anno MDCCXLIII.

[Rostock]: Adler, 1743

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79112522X

Druck Freier Zugang

PUBLIC DOMAIN

Leges etc
Academiae Roſtochienſis

Universitäts-Archiv
Rostock, Sign. R I A 4

R I A 4

K. l. — 47. 1-69.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn79112522X/phys_0002
DFG

35

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

1743

18 7br 43

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79112522X/phys_0003
DFG

RECTOR ET CONCILIVM
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS, CIVIBVS SVIS STVDIOSIS,
S.

Intrabunt hanc vrbem, Muſarum ſedem, MAGNATES ET PROCERES, deuotiſſima obſeruantiſſimaque mente excipiendi: Concurrite ergo, Ciues dilecti! non, vt ſtrepitus, Academiam et vrbem infeſtantes bonorumque auribus ingratos excitetis, ſed vt Vniuerſam Academiam bonis veſtris moribus celebrem atque bene audientem reddatis. Venite ſpectatum! adeſte oculis auribusque! Iungite votis vota, ſed absque vociferatione et quietis turbamentis: Abſint graſſationes, tumultus et barbari boatus, quales ex hac Academia tandem vltimis poenis, temerariis Magiſtratus contemtoribus, moxmox irrogandis, extirpare decreuimus; Non enim male Roſtochienſes muros intra et extra olentem, ſed famae gratiſſimos odores latius ſpargentem habere volumus Academiam; Pergite igitur vos, Ciues Optimi! quos vbique primus etiam intuitus commendat: Sed vos incommodi lucifugique tranquillitatis hoſtes, qui proteruia veſtra Academiam argumentis neglectae diſciplinae, mendaci tamen fama, commaculare haud erubeſcitis, ſcitote, ſeueriſſimam partium ſincerarum atque putidarum imminere ſeparationem. Nolite veſtris deeſſe commendationibus; mementote illius:

Principibus placuiſſe Viris non vltima laus eſt.

Praebeatis Vos elegantiae morum modeſtiaeque ſtudioſos: Euitetis omnem impudentiam omnemque petulantiam et tribus; ita viuite, vt artes, quae mores emolliunt, nec feros eſſe ſinunt, vere dediciſſe videamini. Haec obſeruantes, Valete!

P. P. SVB SIGILLO RECTORATVS D. 18 SEPT. ANNO MDCCXLIII.

Typis IOHANNIS IACOBI ADLERI, PRINCIPIS SERENISSIMI ET ACADEM. TYPOGRAPH.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79112522X/phys_0004
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn79112522X/phys_0006
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn79112522X/phys_0007
DFG

IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerſoriis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commenſalis communis inſuper unius menſis carentia, luent. Quod ſi poſt [illegible]ctionem incorrigibiles ſe prodant, conſilio abeundi, [illegible]t, neceſſitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obn[illegible] qui nouitios vel directo cogunt, vel per ambages a[illegible]elliciunt ad conuiuium veteranis parandum, quo adue[illegible]odo pecunia emunguntur, ſed prauis quoque ſodalitii[illegible]r. Reliqui vero hoſpites, qui ſumtu nouitii epulati ſ[illegible] dierum carcere coercebuntur, iis, qui menſa commu[illegible], per octo dies inſuper ab iſto beneficio excludendis, [illegible]enarum conuiuia, quo inebriationes & exinde oriund[illegible]ones & rixae tanto efficacius impediantur, abhinc pl[illegible]ta ſunto.

VI. Poenae legum tr[illegible]us iudicialiter decretae a Rectore & Concilio nec mi[illegible]c mutandae, nec omnino remittendae, ſed ad tenor[illegible]ae, ſine vlla deprecatione executioni mandandae eru[illegible]

VII. Nocturnos ſtrep[illegible]s, tumultus & alia, quibus incolarum vel perſonae [illegible]untur, facinora, immo & clamores inconditos vel [illegible]ti iam ſeuerae leges inhibuerunt: ita earum violat[illegible]rubitoribus, quibus cura ſecuritatis nocturnae & tran[illegible]emandata eſt, deprehenſi cuſtodiae militari tradentur [illegible] manebunt, vsque dum Rector Academiae vel de e[illegible]iſſione, vel in carcerem acade-

the scale towards document
UB Rostock 05/4000
309

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79112522X/phys_0008
DFG